

non etiam cum se amat: ipm quoq; amorem sui genuisse videatur: Erat enim amabilis si bi: t anteq; se amaret: quia poterat se amare sicut erat sibi noscibilis: t anteq; se nosset: qz poterat se nosse. Nam si non sibi esset noscibilis: nunq; se nosse potuisset. Ita si non sibi eet amabilis: nunq; amare potuisset. Cur itaq; a mando se non genuisse dicatur amorem suu. sicut cognoscendo se genuit noticiam suam. In eo quidem manifeste ostenditur hoc amoris esse principium: vnde procedit: ab ipa qui dem mente procedit que sibi est amabilis anteq; se amet: atq; ita principiu[m] est amoris sui quo se amat. Sed ideo nō recte dicitur genitus ab ea sicut noticia sui qua se nouit: qz noticia iam inuentum est quod partum repertū dicitur: quod sepe precedit inquisitio eo fine quietura. Nam inquisitio est appetitus inueniendi: quod idem valet si dicas: reperiendi. Que autem reperiuntur: quasi pariūt: vn de proli similia sunt: vbi nisi in ipsa noticia: ibi enim quasi expressa formantur. Nam et si iam erant res quas querendo i[n]uenimus: noticia tamen ipsa non erat: quam sicut prole na scem deputamus: porro appetitus ille qui est inquirendo procedit a querente: t pender quodammodo: neq; requiescit fine quo intē ditur: nisi id quod queritur inuentum: querēti copuletur. Qui appetitus: id est inquisitio: qz amor esse nō videatur: quo id quod notum est: amatur. Hoc enim adhuc ut cognoscatur agitur: tamen ex eodem genere quidam est. Nam voluntas iam dici potest: quia omnis qui querit inuenire vult: t si id querit quod ad noticiam pertineat: omnis qui querit nosse vult. Quod si ardenter atq; instanter vult: studere dicitur quod maxime inesse quendis atq; adipiscendis quibusq; doctrinis dici solet. Partum ergo mentis antecedit appetitus quida: quo id quod nosse volum querendo t inueniendo nascitur proles ipsa noticia: ac per hoc appetitus ille quo concipiatur paritura noticia: partus t proles recte dici non potest. Ademq; appetitus quo inhibatur rei cognoscendae: sit amor cognitae dum tenet atq; amplectitur placitam problem: id est noticiam dignitatiq; coniungit. Et est quedam imago trinitatis: ipsa mens t noticia eius qd est proles eius: ac de seipsa verbum eius: t amor tertius: t hec tria vnum atq; vna substantia. Nec minor proles: dum tantam se nouit mens quanta est: nec minor amor dum tantu[m] se diligit qd[um] nouit t quanta est.

Explicit liber nonus.

Incipiunt capitula libri decimi.


- i De studijs discere amantium qd igno riant: quod tamen non expeterent sci res si penitus ignorarent.
- ii Quibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que ne scimus expertitur.
- iii An incognita sibi sit mens cum se que rit vt nouerit.
- iv De proprijs mentis que non potest ignorare.
- v In quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinerene eis quasi proprijs delectetur: atq; in se minus nouerit.
- vi In quibus mens de se cogitans possit errare.
- vii De opinionibus eorum qui mentem o liquide precipuum corporis esse senserunt.
- viii Q[m] mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare.
- ix Quomodo mens cognoscit seipsam.
- x Q[m] mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scit esse dubitandum.
- xi De memoria: intelligentia t voluntate: in quibus mens habet in se quan dam imaginem diuine trinitatis.
- xii De querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aureli Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod igno riant: quod tamen non expeterent sci res si penitus ignorarent.

Capitulum I.

Hinc ad ea ipsa consequen ter enodatus explicada lima tor accedat intentio. Ac p[ro]mū quia rem p[ro]cessus ignorantia amare omnino nullus potest: diligenter intuendum est cuius modis sit amor studentium: id est non iam scientiuz: sed adhuc scire cupienti quacq; doctrinā. Et in his q[ui]p[er] reb[us] i q[ui]b[us] nō v[er]itate d[icitu]r studium solent existere amores ex auditu: dum



# Liber

cuiusq; pulchritudinis fama advidendum ac  
fruendū animus accedit. q; generaliter no  
uit corporū pulchritudines: ex eo q; plurimas  
vidit: t inest intrisecus vñ approbat: cui forin  
secus inhiat. Qd cū sit: nō rei penit<sup>o</sup> incogni  
te amor excitat. cui<sup>o</sup> genus ita notū est: Num  
aut virū bonū amamus: cui<sup>o</sup> facie nō vidim<sup>o</sup>:  
ex noticia virtutū amam<sup>o</sup>. quas nouim<sup>o</sup> i ipa  
veritate. Ad doctrinas aut cognoscendas: ple  
rūq; nos laudantius atq; pdicantū accedit  
auctoritas. Ut̄ n̄ nisi breuis impressā cuiusq;  
doctrine haberem<sup>o</sup> in aī notionem: nullo ad  
eā discendā studio flagrarem<sup>o</sup>. Quis ei scien  
de: verbigratia: rhetorice vllā curā: t operam  
impenderet: n̄ ante sciret eā dicendi eē sciē  
tiā. Aliq; etiā ipa; doctrinārū fines audi  
tos expertos ve miramur: t ex hoc inardeci  
mus facultatē cōparare discendo qua ad eos  
guenire possim<sup>o</sup>. Tanq; si litteras nesciēti di  
catur: quandā esse doctrinā qua quisq; valeat  
q; quis longe absenti verba mittere manu fa  
cta in silentio: que rursus ille cui mittunt n̄ non  
auribus: sed oculis colligat: idq; fieri videat.  
Nōne dū concupiscit nosse qd id possit: oī stu  
dio circa illū finē mouet: quē iam notū tenet.  
Sic accendunt studia discentiū. Mā qd quisq;  
prosul ignorat: amare nullo pacto pōt. Ita  
etiā signū si quis audiat incognitū: veluti ver  
bi alicui<sup>o</sup> sonū quo quid significet ignorat: cu  
pit scire quid nā sit: id est sonus ille cui rei cō  
memorande institutus sit: veluti audiat cū di  
citur te metunt ignorans quid sit: requirat.  
Nam itaq; oportet vt nouerit signū esse: id est  
non esse inane in illam vocem: sed aliquid ea  
significari. Nioquin iam notum est hoc trissyl  
labum: tarticulatam speciem suam impressit  
animo per sensum aurium. Quid amplius in  
eo requiratur: quo magis inotescat: cui<sup>o</sup> oēs  
littere oīaq; soni spacia nota sunt: n̄ si siml  
innocuit signum esse: mouitq; sciendi cupiditi  
tē: cul<sup>o</sup> rei signū sit. Quo igit<sup>o</sup> amplius notū  
est: sed non plene notū est: eo cupit animus d  
illo nosse qd reliquū est. Si enī inmō esse istā  
vocem nosset: eamq; alicui<sup>o</sup> rei signū esse non  
nosset: nihil iam quereret de sensibili re: qntū  
poterat sentiendo percepta. Quia vero non  
solum esse vocem: sed t signū esse iam nouit:  
perfecte id nosse vult. Neq; vllū pfecte signū  
noscitur: n̄ si cui<sup>o</sup> rei signū sit: cognoscat. Hoc  
q; qui ardenti cura querit vt nouerit: studio  
q; accensus insistit: nō pōt dici esse sine amore  
Quid igitur amat. Certe enī amari aliquid  
n̄ si notū non potest. Neq; ille ista tres syllabas  
amat: quā siā nota habet. Siboci eis

amat: quā scit eas significare aliquid nō inde  
nunc agitur: non enim hoc nosse querit. Sed  
in eo qd scire studet quid amet: inquirimus:  
qd pfecto nondum nouist: t propterea mira  
mur cur amet: qm firmissime nouimus ama  
ri nisi nota nō posse. Quid ergo amat: n̄ si q  
nouit atq; intuetur in rationibus rerū que sic  
pulchritudo doctrine: qua continentur noti  
cie signo; oīm: t que sit utilitas in ea peritia  
qua inter se humana societas sensa cōmu  
nicat. ne sibi hominū cetus deteriores sint: qua  
uis solitudine: si cogitationes suas colloquē  
do non misceantur. Hanc ergo specie; deco  
rem t utilem cernit anima: et nouit: t amat  
eamq; in se pfecti studet qstum pōt: quisq;  
vocum significantium: que cunq; ignorat: in  
quirit. Aliud est enim qd eam in veritatis lu  
ce conspicit: aliud quod in sua facultate con  
cupiscit. Cōcupiscit namq; in luce veritatis: q  
magnū t q; bonū sit: omnes omnium genti  
um linguas intelligere ac loqui: nullamq; vt  
alienigena audire t a nullo ita audiri. Luius  
noticie decus cogitatiōe iam cernitur: ama  
turq; res noīa q; ita conspicit: atq; inflamat  
studia discentiū: vt circa eam moueant: eiq;  
inhient in omni opera quā impēdunt pscue  
de tali facultati: vt etiam vlu amplectantur  
qd ratione pnoſunt: atq; ita quisq; cui facul  
tati spe ppinquit: ei feruētius amore inarde  
scit. His doctrinis quippe studeū vehemētius  
que capi posse non desperant. Nam cuius rei  
adipiscende spem quisq; non gerit: aut tepi  
de amat aut oīo nō amat q; quis q; pulchra sit  
videat. Quocirca: q; oīm ligua; scia fere ab  
oīb; desperat: sue gētis q; maxie studet vt  
nouerit. Neq; si illi ad pfectū pcpiente se nō  
sufficēt: nemo tñ tā desidiosus ēh<sup>o</sup> noticie  
q; nō cū audierit incognitū xbū velit nosse qd  
illud sit: t si pōt qrat t discat. Qd dū qrit: vt  
q; in studio discēdi ē: t vñ amare re incognitaz  
qd nō ita ē. Spēs nāq; illa tāgit aīm quam no  
uit t cogitat: in qelucet dec<sup>o</sup> psciendoz ani  
moz in vocib; notis audiēdis atq; reddēdis  
eaq; accēdit studio querētē qdē qd ignorat: s  
notā formā qd ptingeat intuentē t amantem  
Itaq; si querenti verbi gratia: quid sit tem  
tum (hoc enī exempli causa posueram dicat:  
quid ad te pertinet: respondebit. Ne forte au  
diam loquentem: t non intelligam: aut vsp  
am forte id legaz: et quid scriptoz senserit ne  
sciam. Quis tandem huic dicat nō intellige  
re quod audis: nō nosse quid legis. Omni  
bus enī fere animis rationalibus in pmpiu  
est: ad videndū huius pitie pulchritudo: qua

## X

homines inter se cogitata: significantium vocum enuntiatione noscuntur. propter hoc notum decus. et ob hoc amatum quia notum studiose querit verbuz illud ignorat. **N**ec quis cum audierit atque cognovit temerum. a veteribus virum appellatum: si iam ex usu loquendi quem nunquam habemus hoc vocabulum emortuum. propter nonnullos fortasse veterum librossimis necessariis deputabit. **S**i autem illos superuacaneos habet. forte iam nec dignus quod memore coquendus existimat: quod videt ad illas spem doctrine quam notam mente intuetur atque amat minime pertinere. **N**obis ois amor studentis animi. hoc est voluntatis scire quod nescit: non est amor ei rei quam nescit: sed ei quam scit: propter quam vult scire quod nescit. aut si tam curiosus est: ut non propter causam aliam notam: sed solo amore rapiat incognita sciendi: discernendus quidem est a studiosi nomine iste curiosus: sed nec ipse amat in cognita: immo argueri potest: quod in cognita: que nulla esse vult: dum vult oia esse cognita. **S**ed ne quisque nobis difficultatem referat questionem asserens tam non posse quemque odisse quod nescit: quod non potest amare quod nescit: non resistimus verbis: sed intelligendum est: non hoc idem dici cum dicunt: amat scire incognita: ac si dicere: amat incognita. Illud enim fieri potest ut amet quisque scire incognita: ut autem amet incognita non potest. Non enim frustra ibi est positum scire. **N**on quiscire amat in cognita: non ipse incognita: sed ipsum scire amat. **Q**uod nisi haberet cognitum neque scire se quicunque posset fideriter dicere neque nescire. Non solum enim qui dicit scio. et verum dicit. necesse est ut quid sit scire sciat: sed etiam qui dicit nescio: id que fideriter et verum dicit scire et verum se dicere scit ut quisque quid sit scire: quod et discernit ab scientie nescientem: cum veraciter se intuens dicit nescio. **E**t cum ipse scit se verum dicere unde sciret si quid sit scire: nesciret.

**Q**uibusc causis amari videtur cognita: cum ipse scientia eorumque nescimus expediri. **I**a. XI.

**Q**ilibet igitur studiosus: quilibet curiosus non amat incognita: cum ardentissimo appetitu instat scire quod nescit. **A**ut enim tam genere notarum habet quod amat: idque nosse expediri: etiam in aliqua re singula vel in singulis rebus que illi nondum note forte laudantur: fingitque alio in angustiam formam qua excitetur in amore. **I**nde autem figit nisi ex his que iam nouerat. **L**ui tamen forme alio figurare atque in cogitatione notissime si eam que laudabatur dissimilem intuenterit: fortasse non amabit. **N**ec si amauerit: ex illo amore incipiet ex quo didicit pauloante quippe alia erat que amabatur: quam sibi animus.

formas exhibere consueuerat. **S**i autem illi forme simile intuenterit quam forma predicauerat: cui vere possit dicere: iam te amabam: nectunc utique amabat incognitam: quam illa similitudine nouerat. **A**ut in spiritu semperne rois videamus: aliqd et ibi amamus: quod cum expressum in aliquo rei typatio effigie: illis que excepti sunt laudantibus et amamus et credimus: non aliqd amamus: incognitum non iam supra satis differimus. **A**ut aliqd notum amamus: propter quod ignoratum aliqd querimus: cuius ignorantia amore nequaquam nos tenet. **P**er illius cogniti que pertinere nouimus: ut illud etiam quod adhuc ignoratum ignoramus nouerimus: sicut in incognito verbo pauloante locutus sum. **A**ut ipsum scire quisque amat: quod nulli scire aliquid cupientes esse incognitum potest. His causis videtur amare incognita qui scire aliquid volunt quod nesciunt et propter ardenterem querendi appetitum sine amore esse dicin non potest. **S**ed quocumque se res alter habeat: nec omnino quicunque amet incognitum: arbitror me persuasissime verum diligenter intuentibus. **S**ed quod exempla que dedimus eorum sunt qui aliqd quod ipsis non sunt nosse cupunt: videndum est: ne forte aliqd nouum genus apparet cum seipsa mens nosse desiderat.

**A**n incognita sibi sit mens cum se querit ut nouerit. **C**apitulum III.

**G**uid est amat mens: cum ardenter se ipsam querit ut nouerit: dum incognita sibi est. **E**cce enim mens semetipsam quae rit ut nouerit: et inflamat hoc studio. **A**mat igitur. **S**ed quod amat? Seipsum. **Q**uod cum se non dum nouerit: nec quisque possit amare quod nescit? **A**n ei fama predicavit speciem suam: sicut de absentibus solemus audire. **T**orte ergo se nan amat: sed quod de se fingit hoc amat: loge fortasse aliud quod ipse est: aut si se mens sui simile fingit: et ideo cum hoc significet amar se alicuius ante quem nouerit: quod id quod sui simile est intuetur. **N**ouit igitur alias metes ex quibus se fingat: et genere ipso sibi nota est. **E**ur ergo cum alias metes nouit: seno nouit: cum seipso nihil possit esse presentius. **Q**uod si ut oculis corporis: magis alio oculi noti sunt: quod ipsis sibi non se querat nunc intuatura. **M**ultaque ei se oculi propter specula videbuntur. **N**ecco vero modo putandum est etiam rebus incorporeis propter placitis tale aliqd adhiberi: ut mens tanquam in speculo se nouerit. **I**n ratione veritatis eterne videt quod speciosus sit nosse semetipsam: et hoc amat: quod videt studetque si fieri: quod quis sibi nota non sit: nota tamen ei est quod bonum sit ut sibi nota sit. **E**t hoc quod est per mirabile est: non dum se nosse: et quod sit pulchrum se nosse. **I**n aliquo finem optimum: et securitatem beatitudinem suam videt: per quondam occultam memoriam quae

# Liber

in longinqua eā pgressam nō deseruit. et cre-  
dit ad eundē finē: nū si seipam cognouerit sep-  
uenire nō posse. Ita dū illud amat hoc qrit. et  
notū amat illud. ppter qd querit ignotū. Sicut  
cur memoria beatitudinis sue potuit memo-  
ria sui cū ea perdurare non potuit. ut tam se  
nouet que vult puenire. qd nouit illud qd vult  
puenire. An cū se nosse amat. nō se quā non-  
dum nouit. sed ipm nosse amat: acerbiusqz to-  
lerat seipam deesse scientie sue. qua vult cum-  
cta comp̄hendere. Nouit aut̄ quid sit nosse: et  
dum hoc amat qd nouit etiam se cupit nosse.  
Ebi ergo nosse suū nouit si se non nouit. nam  
nouit qd alia nouerit. se aut̄ nō nouerit. hinc  
em nouit: et quid sit nosse. Quo pacto igitur  
se aliquid scientē scit: que seipam nescit. neqz  
em alterā mentē scientem scit s seipam. Scit  
igitur seipam. Deinde cū se querit ut nouerit  
querentē se iā nouit. Se ergo nouit. Qua-  
propter non pōt oīno nescire se. Que dum se  
nescientē scit: se vtiqz scit. Si aut̄ se nesciente  
nesciat. nō se querit ut sciat. Quapropter co-  
ipo quo se querit. magis se sibi notā qd ignorā  
esse cōvincit. Nouit em se querentē atqz nesci-  
entē: dū se querit ut nouerit. Quid ergo dice-  
mus. An qd ex pte se nouit: ex pte non nouit  
Sed absurdū est dicere: nō eam totā scire qd  
scit. Non dico totū scit: s qd scit: tota scit. Nū  
itaqz aliquid de se scit: qd nisi tota nō pōt. totā  
se scit. Scit aut̄ se aliqd scientē. nec pōt quicqz  
scire nisi tota. Scit se igitur totaz. Deinde qd  
eius etiam notū est qd se viuere.

De proprijs mentis que non potest igno-  
rare.

On pōt aut̄ t mens esse t nō viuere.  
n qd habet etiā amplius ut intelligat  
Nam et anime bestiarum viuunt: sed  
non intelligunt. Sicut ergo mens tota mens  
est. sic tota viuit. Nouit aut̄ viuere se. Totam  
se igitur nouit. Postremo cū se nosse mens qd  
rit: mentē se esse iā nouit. alioquin virū se que-  
rat ignorat: et aliud paliō forsan querat. Si  
eri em pōt ut ipa nō sit mens. atqz ita dum mē-  
tem nosse querit: non seipam querat. Qua-  
propter qm̄ cum querit mens quid sit mens.  
nouit qd se querat. pfecto nouit quod ipsa sit  
mens: porro si hoc in se nouit quod mens est.  
et tota mens est. totam se nouit. Sed ecce nō  
se nouerit esse mētem: cum aut̄ se querit. hoc  
tantūmodo nouerit quod se querat. Noteſt  
em etiam sic aliud paliō querere. si hoc nescit  
ut aut̄ non querat aliud pro alio. pculdubio  
nouit quid querat. At si nouit quid querat: et  
seipam querit. seipm vtiqz nouit. Quid ergo

ad huc qrit: qd ex pte se nouit: ex parte et ad-  
huc qrit: non seipam: sed pte suā querit. Cum  
em eiāpā dicū. Deinde qz nouit nō dū se a se  
inuentā totā: nouit qnta sit tota. Atqz ita qrit  
qd deest. quēadmodū solemus qrere ut veni-  
at in mente qd excidit: nec tm̄ penitus exci-  
dit: qz pōt recognosci cū venerit hoceē qd qz  
rebat. Sed quō mens veniat in mente quasi  
possit mens in mente non esse: hic accedit qz  
si parte inuēta nō se totā querit. tm̄ tota se qrit  
Tota ergo sibi psto est: et quid adhuc querat  
non est: hoc em̄ deest quod querit: nō illa que  
querit. Cum itaqz tota se querit nihil eius de-  
est. Aut si non tota se querit. sed pars que in-  
uenta est. querit partem que non dum inuen-  
ta est. Non se ḡ mens qrit cuius se nulla pars  
querit: pars em̄ que inuenta est: nō se querit.  
pars autem que nondum inuenta est: nec ip-  
sa se querit: quoniam ab ea que iam inuenta  
est partenon queritur. Quocirca quia necto-  
ta se mens querit: nec pars eius ylla se querit  
se mens omnino nō querit.

In quo mens nosse se debeat: et a quibz ab-  
stinerne ne eis quasi proprijs delectetur atqz  
se minus nouerit.

Xa. V.

Aquid ergo ei pceptum est: vt seipaz  
cognoscat: credo vt seipm cogitet: et  
fm naturā suam viuat: id ē vt fm na-  
turā suam ordinati appetat: sub eo scz cui sub-  
denda est: supra ea quibz pponēda est: sub illo  
a quo regi debet: supra ea que regere debet.  
Hulta em p cupiditatē prauā tanqz suisit ob-  
lita: sic agit. Videt em̄ qdā intrinsecus pul-  
cra: in prestantiori natura que deus est. Et cū  
instare debeat vt eis fruas: volens ea sibi tri-  
buere: et non ex illo: similis illius: sed ex seipsa  
esse quod ille est: auertitur ab eo: mouetur qz  
et labitur in minus et minus: quod putat am-  
plius et amplius: quia nec ipsa sibi: nec ei qui  
qz sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit.  
Ideoqz per egestatem ac difficultatem sit ni-  
mis intenta in actiones suas: et inquietas de-  
lectationes quas per eas colligit: atqz ita cu-  
piditati acquirendi noticias ex his que foris  
sunt: quorum cognitum genus amat: et sentit  
amitti posse: nisi impensa cura tenet tenean-  
tur perditqz securitatem: tantoqz seipsam mi-  
nus cogitat: quāt omagis secura est: qd se non  
possit amittere. Ita cum aliud sit nō se nosse:  
aliud nō se cogitare. Neqz em̄ multaz doctri-  
naz peritū: ignorare grāmaticā dicimus: cū  
eā nō cogitat: qz de medicina arte tunc cogi-  
tat. Nū ergo aliud sit nō se nosse: et aliud se co-  
gitare: tanta vis est amoris: vt ea que cum

## X

amore diu cogitauerit. eisq; cure glutino inheserit. attrahat secū etiā cū ad se cogitandā quodāmō redit. Et q̄ illa corpora sunt que foris per sensus carnis adamauit. eoꝝ diuturna quadā familiaritate implicata est. nec secū pōt introsum tanq; in regiōe incorporee nature ipa corpora inferre: imagines eorum conuoluit t̄ rapit. factus in semetip̄a: de semetip̄a. Dat em̄ eis formādis quiddam substātie sue: seruat aut̄ aliquid: quo libere de specie talius imaginum iudicet: t̄ hoc est magis mens. id est rōalis intelligentia: que seruat ut iudicet. Nam illas anime p̄tes que corpora similitudinibus informantur. etiam cum bestiis nos cōmuniū habere sentimus.

In quib⁹ mēs in se cogitans possit errare.  
Capitulum. VI.

cataut̄ mēs: cū se istis imaginib⁹ tāto amore p̄iungit: vt etiā se eē aliqd h̄mōi existimet. Ita ei ꝑformaf eis quodāmō nō id existendo sed putando. nō quo se imaginem putet. s; oīno illud ip̄m cui⁹ imaginē secū haberet. T̄iger quippe in ea iudiciū discernēdi corpus qd̄ foris relinquit ab imagine. quā de illo sectū gerit. nisi cū ita exprimunt eedē imagines tanq; foris sentiant̄: nō intus cogitetur sicut dormientib⁹: aut furentibus: aut in aliq extasi accedere solet.

De opinionibus eoꝝ qui mentē aliqd p̄cipiū corporis esse senserūt. Capitulum. VII.

Um itaq; se tale aliqd putat. corp⁹ esse se putat: At q; sibi bñi consīca est principat⁹ sui quo corpus regit. hic

factū est vt quidā quererent qd̄ corporis aplius valeret in corpe: t̄ hoc esse mentē. vel oīno totā aīam existimaret vt empēdocles et ericates opinati sūt. Itaq; alij sanguinē: alij cerebrū: alij cor: nō sīc scriptura dīc. Sōfitebor tibi dñe 137. in toto corde meo. Er diligēs dñm deū tuum Deut. 6. ex toto corde tuo. Hoc n̄ abutendo vel trans ferēdo vocabulo dīr a corpe ad animū: s; ip̄am oīno p̄ticulā corporis quā in viscerib⁹ dilaniatis videm⁹. eā eē putauerūt. Alij ex minutissimis indiuiduisq; corporisculis q̄s atomos dicūt. cōcurrentib⁹ in se atq; coherentib⁹. eā ꝑfici c̄diderūt. Alij aere: alij ignē: substātiā ei⁹ esse dixerūt. Alij eā nullā esse substātiā. quia n̄isi corpus: nullā substātiā poterāt cogitare. t̄ eā corpus esse nō inueniebat. sed ip̄am temperationē corporis n̄fi vel cōpāgeni primordiorū quib⁹ ista caro tāq; p̄nectis. eē opinati sunt eo q̄ oēs eā mortale esse senserūt: q; siue corpus esset: siue aliqua cōpositio corporis. nō posset vtq; imortaliter permanere. Qui vero ei⁹ sub-

stantiā vitā quandā nequaꝝ corporeā. q̄i qdē vitā. oē viuu corpus animant̄ ac viuificant̄ esse reperiūt. cōsequenter t̄ immortalē. q; vite carere vita nō pōt. vt quisq; potuit p̄bare co- natī sunt. Nā de quinto illo nescio: quo corp̄. qd̄ notissimis q̄ttuor hui⁹ mūdi clementis qdā piūgentes. hinc aliam esse dixerūt. hoc lo- co diu differendū nō puto. Aut em̄ hoc vocat̄ corpus qd̄ nos. cui⁹ in laci spacio ps toto mi- nor est. t̄ in illis annumerādi sunt q̄ mēte cor- poreā esse crediderūt. Aut si vel oēm substātiā: vel oēm mutabilē substātiā corpus ap- pellant̄. cū sciant nō oē locoꝝ spacijs aliqua lo- gitudine vel latitudine t̄ altitudine cōtineri nō cū eis de vocabuli questione pugnandū ē. In his oīb⁹ sentētijs q̄s q̄videt mētis naturā t̄ eē substātiā t̄ nō cē corporeā. i. nō minore sui pre min⁹ occupare loci spaciū. mal⁹ q̄s maiore s̄lōpōret videat eas q̄ opinant̄ eē corporeaz nō ob hoc errare qd̄ mens desit eoꝝ notice. s; qd̄ adiūgūt ea: sine quibus nullā p̄nt cogitare naturā. Sine phantasjs em̄ corp̄m quicquid viss fuerint cogitare. nihil oīno eē arbitrat̄. iō q̄ nō se tanq; sibi desit mens requirat. Quid em̄ tā cognitōi adest: q̄ id qd̄ mēti adest. aut qd̄ tā mēti adest: q̄ ip̄a mens. Si t̄ ip̄a q̄ ap- pellat̄ inuentio: si verbi origīne retractemus qd̄ aliud resonat. nisi q; inuenire est in id ve- nire qd̄ querit. Propterea q̄ q̄si vltro in mētē veniūt. nō vſtate dicunt̄ inuēta. q̄uis cogni- ta dici possint. q; nō in ea q̄rendo tendebam⁹. vt in ea veniremus: hoc est ea inueniremus. Quapropter sicut ea que oculis aut vlio alio corporis sensu requirunt̄. ip̄a mens querit. ipsa em̄ etiā sensū carnis intendit. tūc aut̄ inuenit cū in ea q̄ requirunt̄ id est sensus venit. Sic alia que non corporeo sensu internuncio. sed p̄ seipam nosse debet cū in ea venit. inuenit: Aut in supiore substātiā. i. in deo: aut in cete- ris aīe partibus sicut de ip̄is imaginib⁹ cor- porū cum iudicat. intus em̄ in aīa eas inuenit per corpus impressas.

Q̄ mens nosse se cupiēs nihil eoꝝ se cor- poreū debeat cogitare.

Capitulum. VIII.

Ego seipam quemadmodum que- rat̄ t̄ inueniat̄. mirabilis questio est q̄tēdat̄. vt q̄rat̄. aut veniat̄: vt inue- niat̄. Quid em̄ tam in mente q̄s mēs est. Sed quia in his est que cum amore cogitat. sensiblē libus aut̄: id est corporalibus cū amore assuefacta est. nō valet sine i. magnib⁹ corporū eē in semetip̄a. hinc ei oboris erroris dedecus- dum rerum sensarum imagines se cernere.

# Liber

se non pōt: ut se solā videat. **H**oherunt em̄ mirabiliter glutino amoris: **t**hec est eius immundicia: qm̄ dū se solē nititur cogitare. **b** se putat esse sine quo se non pōt cogitare. **S**um igit̄ ei p̄cipit ut seīpam cognoscat: non se tāq̄ sibi detracta sit querat: sed id qd̄ sibi addidit detrahatur. **I**nterior est em̄ ipa: non solū q̄ ista sensibilia que manifeste foris sunt: sed etiā q̄ imagines eoz q̄ in parte quadā sunt aīe. quā habent t bestie: q̄ quis intelligentia careant q̄ mētis est p̄pria. **N**ū ergo sit mens interior q̄dam mō exit a semetip̄a. cū in hec quasi vestigia multā intentionū exerit amoris affectū. **Q**ue vestigia tanq̄ imprimunt memorie: qn̄ hec que foris sunt corporalia sentiunt: ut etiam cū absunt ista: presto sint tñ imagines eorum cogitantib̄. **C**ognoscat ḡ semetip̄am: nec q̄ si absentē se querat: sed intentionem voluntatis qua p̄alia vagabat statuat in seīpam: t se cogiter. **N**a videbit q̄ nunq̄ se nō amauerit: nunq̄ nescierit: **S**ed aliud secū amando cuž eo se confudit t cōcreuit quodammodo: atq̄ ita dū sicut ynum diuersa cōplectitur: ynum p̄tauuit esse que diuersa sunt.

**Quō mens cognoscit seīpam** **Capl. IX.**

**D**icitur itaq̄ velut absentem se querat cernere: s̄ p̄n̄tez se curer discernere. **A**ec se quasi nō norit cognoscat: sed ab eo q̄ alterū nouit dīnoscat. **P**m̄ em̄ quod audit: cognosce. teip̄am: quō agere curabit si nescit: aut qd̄ sit cognosce: aut qd̄ sit teip̄am. **S**i aut vtrūq̄ nouit: nouit seīpam: q̄r̄ ita n̄ dī menti: cognosce teip̄az: sicut dī: cognosce che rubin aut seraphin. **D**e absentibus ei illis credimus: fm̄ qd̄ celestes quedā p̄tates esse p̄dicant. **N**eq̄ sicut dī cognosce voluntatē illius hoīs: q̄ nobis nec ad sentienduz yllo m̄ d̄. nec ad intelligendū p̄sto est: nisi corporib̄ signis editis: t hoc ita vt magis credam̄ q̄ intelligamus: **N**eq̄ ita vt dī hoī: vide faciē tuā: quod nisi in speculo fieri nō pōt. **N**a t ipa n̄ r̄a facies absens ab aspectu n̄ ōest: q̄r̄ nō ibi est q̄ ille dirigi pōt. **S**ed cū dī mēti. **C**ognosce teip̄am: eo ictu q̄ intelligit qd̄ dictū est: teip̄am: cognoscit seīpam: nec ob aliud q̄ eo q̄ sibi p̄ns est. **S**i at qd̄ dictū est nō intelligit: nō vtrūq̄ facit. **b** igit̄ ei p̄cipit ut faciat: qd̄ cū ipm̄ p̄ceptū intelligit: facit. **N**ō ergo adiūgat aliud ad id qd̄ seīpam cognoscit: cū audit vt seīpam cognoscat. **T**erte enim nouit sibi dici: sibi scilicet que est: t viuit: t intelligit. **S**ed est t cadauer: viuit t pecus: intelligit autem nec cadauer nec pecus. **S**icut ergo sese esse t viuire scit: quomodo ē t viuit intelligentia.

**M**ens nosse se cupiēs nihil eorum de se opinari dēat de qb̄ scit eē dubitādū. **Ca. X.**  
**C**um ergo: verbigrā: mens aerē se putat: aerē intelligere putat. **S**ed iñ intelligere scit: aerem aut̄ se esse nō scit: sed putat. **S**ecernat qd̄ putat: cernat qd̄ scit: hoc ei remaneat. **V**n̄ ne illi quidē dubita uerunt: q̄ aliud atq̄ aliud corp̄ esse mentem putauerūt. **N**eq̄ em̄ oīs mens aerem se eē existimat. **F**alie ignē: alie cerebrū: alieq̄ alid corpuſ: t aliud alie: sic supra cōmemorauī: oēs tñ se intelligere nouerunt t esse t viuere. **S**ed i telligere ad id qd̄ intelligunt referunt: eēaut̄ t viuere ad seīpas. **E**t nulli est dubiū: nec quē q̄ viuere q̄ non sit. **E**rgo p̄sequenter t eē t viuere id qd̄ intelligit: non sicuti est cadauer qd̄ nō viuit: nec sicuti viuit aīa q̄ nō intelligit: sed p̄prio quodā eodeq̄ p̄stantiore mō. **I**tē velle se sciunt: neq̄ hoc posse quēq̄ qui non sit t q̄ non viuat pariter sciunt. **S**tēq̄ ipam voluntatem referunt ad aliquid qd̄ ea voluntate vo lunt. **E**minisse etiā se sciunt: simūlq̄ sciunt quod nemo meminisset nisi esset ac viueret. **S**ed t ipam memoriam referimus ad aliqd̄ quod ea meminimus. **D**uobus igit̄ horum trium memoria t intelligentia multarū rerū noticia atq̄ scientia p̄tinentur. **V**oluntas at adest: per quā fruamur eis vel vtamur. Fruimur enim cognitis: in quibus volūtas ipsi p̄pter seīpa delectata conquiescit: vtimur vero eis que ad illud referimus quo fruendum est. **N**ec est alia vita hominū vitiosa atq̄ culpabilis: q̄ male velle t male fruens. **D**e qua re n̄ est nunc dissēdi locū. **S**ed quoniam de natura mentis agitur: remoueamus a consideratione nostra oēs noticias que capiūtur extinsecus per sensus corporis: t ea q̄ possim̄ oēs mentes de seīpis nosse: certasq̄ esse diligentius attendamus. **U**ltrum enim aeris sit vis viuendi: reminiscendi: intelligēdi: volēdi cogitandi: sciendi: iudicandi. **A**n iguis: an ce rebri: an sanguinis: an athomorū: an preter visitata quattuor elementa: quinti nescio cui corporis: an ipius carnis nostre compago: v̄l temperamentum hec efficere valeat: dubitā uerunt hoīes: t talius hoc: alius aliud affirmare conatus est. **V**iuere scit̄ t meminisse: t intelligere: t velle: t cogitare: t scire: t iudicare quis dubitet. **N**ī quidem etiā si dubitat viuit: si dubitat vnde dubitet meminit: si dubitat dubitare se intelligit: si dubitat certus esse vult: si dubitat cogitat: si dubitat scit se nescire: si dubitat iudicat non se temere consentire oportere. **Q**uisquis igit̄ aliunde dubitat

de his oībus dubitare non debet: que si non essent: de villa re dubitare nō posset. **H**e oīa q̄ vel corpus vel cōpositionē seu tēpationē corporis esse mentē putāt: in subiecto esse volūt videri: vt substātia sit aer: vel ignis siue aliqd aliud corpus: qđ mētē putāt. **I**ntelligētia nō sita in sūthuic corpi: sicut qualitas eius. vt illud subiectū sit: hec in subiecto: subiectū scz mēs quā corpus esse arbitrant̄: in subiecto aut̄ intelligētia: siue qđ aliud eoꝝ que certa nobis esse cōmemorauimus. **J**uxta opinant̄ etiā illi qui mentē ipam negat̄ esse corpus. sed cōpaginē aut̄ tēpationē corporis. **V**ocem inter est: q̄ illi mentē ipam dicunt̄ esse substantiam in quo subiecto sit intelligentia. **I**sti aut̄ ipaz mentē in subiecto esse dicunt̄ corpe scz cui⁹ cōpositio vel tempatio est. **G**ui p̄sequenter etiā intelligentia quid aliud q̄ in eodez subiecto corpe existimāt. **Q**ui oīs nō aduertūt mentē nosse se etiā cū querit se: sicut iā ostendim⁹. **N**ullo mō aut̄ recte dicit̄ sciri aliqua res: duꝝ ei⁹ ignorat̄ sba. **Q**uaprofs cū se mens nouit sba nouit: t̄ cū de se certa est: de sba sua certa est. **C**erta est aut̄ de se: sicut p̄vincit ea que supra dicta sunt. **N**ec oīno certa est: vtꝝ aer an ignis sit: an aliqd corpus: vñ aliqd corporis. **N**ō estigat̄ aliqd eoꝝ. **A**utūq̄ illud qđ sc̄ iubet vt nouerit: ad hoc p̄tinet vt certa sit nō se esse aliqd eoꝝ de quib⁹ incerta est: idq̄ solū esse se certa sit: qđ solum esse se certa est. **S**ic em̄ cogitat ignē aut̄ aerē: t̄ quicqd aliud corporis cogitat. **L**eꝝ vñlo mō fieri poss̄t vt ita cogitaret id qđ ipa est: quādmodū cogitat id qđ ipa nō est. **P**er phantasiam quip̄ imaginarīa cogitat hec oīa siue ignē siue aerē: siue illud: siue illud corpus: partēue vñlā: siue cōpaginē tēpationēq̄ corporis: nec vtq; ista oīa: sed aliqd hoꝝ esse dī. **G**i qđ aut̄ hoꝝ esset: aliter id q̄ cetera cogitaret: non scz p̄ imaginale ſegmentū: sicut cogitan̄ absentia: q̄ ſensu corporis tacta ſunt: siue oīno ipa: ſiue eiusdē generis aliqua: ſed quadā interiore: nō ſimulata: ſiue vera p̄fitia. **N**on em̄ quicq̄ illi est ſeip̄a p̄ ſenti⁹: ſicut cogitat viuere ſe t̄ meminisse t̄ intelligere t̄ velle ſe. **N**ouit em̄ h̄ in ſe: nec imāgina ſiue quasi extra ſe illa ſensu tetigerit: ſicut corporalia queꝝ tangunt̄. **E**x quoꝝ cogitatio nibus ſi nihil ſibi assignat: vt tale aliqd ſe esse putet: quicquid ei de ſe remanet: hoc ſolum ipa ſt̄.

**D**e memoria: intelligentia t̄ voluntate in quibus mens habet in ſe quandam imāgine diuine trinitatis

**C**apitulum XI.

**E**motis igitur paulis per ceteris: qđ mens de ſeip̄a certa est: tria h̄ portiſimū cōſiderata tractemus: memoriam: intelligentiam: voluntatem. **I**n his em̄ trib⁹ inspici ſolent etiā ingenia puulorꝝ cuiusmodi p̄ferant indolem. **Q**uāto quip̄ tenacius et facilius puer meminit: q̄tq; acuſus intelligit t̄ ſtudet ardentius: tanto est laudabilior̄ ſingenij. **L**uc nō de cuiusq; doctrina queritur nō q̄ta firmitate ac facilitate meminerit: vel q̄to acumine intelligat: ſi qđ meminerit t̄ qđ intelligat q̄rit. **E**t qđ nō tñ q̄ doctus ſit cōſiderat̄ laudabilis animus: t̄ etiā q̄ bonus: nō tñ qđ meminerit t̄ qđ intelligat: verū etiā qđ velit attendit: nō q̄ta flagrātia velit: ſi qđ veſit p̄us: deinde q̄tu velit. **L**uc cū laudandus ſt̄ animus vehemēter amans: cū id qđ amat vehemēter amandū ē. **L**ū ḡ dicunt̄ h̄ tria: ige nū: doctrina: uſus. **P**rimū hoꝝ cōſiderat̄ in illis tribus qđ p̄ſiſt q̄ ſe memoria t̄ intelligentia t̄ voluntate. **S**ecundū eoꝝ cōſiderat̄ qđ habet at q̄ ſe memoria: t̄ intelligentia: quo ſtudioso voluntate p̄uenierit. **J**am vero uſus tertius i volūtate eſt p̄tractāte illa q̄ in memoria t̄ intelligentia p̄tinent: ſiue ad aliqd ea referat: ſiue eoꝝ fine delectata p̄quiescat. **V**lti em̄ eſt auſumere aliqd in facultatē voluntatis: vt autem dicit̄ qđ in uſum veneſit: ad id qđ amas obtinendū reſerre: ſi tñ amandū eſt. **F**ruieſt enīz amore in herere alicui rei ppter ſeip̄am: frui eſt aut̄ vt cū gaudio nō adhuc ſpet: ſi iam rei p̄oinde oī ſe fruitur vtitur: aſſumit em̄ aliqd in facultatē voluntatis cū fine delectationis. **N**ō aut̄ oī ſe qui vt̄: fruitur: ſi id qđ in facultatē voluntatis aſſumit: nō ppter illō ipſum: ſi ppter aliud appetit. **H**ec igitur tria: memoria intelligentia voluntas: qm̄ non ſunt tres vite ſi vna vita: nec tres mentes ſed vna mē ſe cōſequēter vtq; nec tres ſubſtantia ſunt: ſi vna ſubſtantia. **M**emoria quip̄ q̄ vita t̄ mē ſe ſubſtantia dicit̄ ad ſeip̄am dicit̄. **Q**uāto memo‐ ria dicit̄: ad aliqd relative dī. **H**oc de intelligentia q̄ t̄ de voluntate dixerim. **E**t intelligentia quip̄ t̄ voluntas: ad aliiquid dicunt̄. **V**ita ē autem vna queꝝ ad ſeip̄am t̄ mē ſe ſeſſentia. **Q**uo circa tria hec eo ſunt vnum: quo vna vita: vna mens: vna eſſentia. **E**t quicquid aliqd ad ſeipſa ſingula dicuntur: etiam ſimul nō plus ſingulariter dicūtur. **E**o vero tria quo ad ſeiuicem reſeruntur: queſi equalia non eſſent: non ſolum ſingula ſingulis ſed etiā omnibus ſingula: non vtq; ſe inuicem caperant. **N**eq; enim tantum a ſingulis ſingula verumetiam a ſingulis omnia capiunt̄. **A**d eſt h̄

# Liber

mini enim me habere memoriam et intelligenciam  
et voluntatem. et intelligo me intelligere tunc  
atque memisse: et volo me velle. et meminisse  
et intelligere. totaque memoria et intellige-  
tiā et voluntate simul memini. Quod enim memo-  
rie mee non memini: non est in memoria mea.  
Nullum autem tam in memoria: quia ipsa memoria est.  
Totā igitur memini. Atque quicquid intelligo intelligere  
me scio: et scio me velle quicquid volo. Quicquid  
autem scio memini. Totā igitur intelligētiā. tota  
et voluntate memoria memini. Sicut cū hec tria in-  
telligo. tota simul intelligo. Neque enim quicquid  
intelligibiliū non intelligo nisi ignoror. Quod  
autem ignoror: nec memini nec volo. Quicquid  
itaque intelligibiliū non intelligo: p̄sequenter eti-  
am non memini nec volo. Quicquid autem intelligi-  
biliū memini et volo: p̄sequenter intelligo.  
Evoluntas etiā mea totā intelligentia tota  
memoriā meā capit dum toro utrumque in  
telligo et memini. Quapropter quoniam inuicem a  
singulis et tota oīa capiuntur: equalia sunt tota  
singula totis singulis: et tota singula simul oī-  
bus totis. et hec tria una: una vita: una mens  
una essentia.

**D**e querenda imagine trinitatis etiam in  
bis que aīa ex corpore sensiblē p̄cipit. **C. XII.**

**A**m ne igitur ascendendū est quali-  
busque intentionis viribus ad illas  
summā et altissimā essentiā: cuius im-  
par imago est humana mēs sūmā imago: an ad  
huc eadē tria distinctius declarāda sunt iā  
quilla quā extrinsecus sensu corporis capimus: ubi  
tpaliter impīus rex corporearū noticia. **N**on  
tem ipse ipsam memoria et intelligētiā tuo  
lunrate suimēt ipius talē repiegamus: ut quoniam  
sp se nosse semper seipam velle apprehendebat  
similiter etiā sp sui meminisse: semper seipam in-  
telligere et amare apprehenderet: quoniam non semper  
se cogitare discretā ab eis quā non sunt quod ipsa est  
ac p̄ hoc difficile in ea dīnoscitur memoria sui  
et intelligentia sui. Quasi enim non sint hō duo:  
sed unū duobus vocabulis appelleat: sic appa-  
ret in ea re ubi valde ista cōiuncta sunt: et aliud  
alio nullo p̄cedit tpe: amorq; ipse non ita se-  
titur esse: cū eum non prodit indigētiā: quoniā  
am non semper presto est quod amat. Quapropter  
etiam tardioribus diluescere hec p̄nit duz ea  
tractant: que ad animū tempe accedit: et quā il-  
lī tpaliter accidunt curū meminit quod anteā non  
meminerat: et cum videt quod anteā non vide-  
bat: tēcū amat quod anteā non amabat. Quod alio  
hec trattatio iam poscit exordium: ppter hu-  
ius libelli modum.

**E**xplīcīt liber decimus.

## Incipiunt capitula libri undecimi.

**D**e imagine trinitatis etiam in eo quod  
imago dei non est: id ē in homine ex  
teriorē querēda.

**D**e visibili et vidente atque visione.

**D**e memoria qua visus imago retinet  
et intentiōe aīe quā in utrūque p̄currit.

**D**e imaginib⁹ quas cogitationis acti-  
es intuctur in phantasia quam me-  
moria concepit.

**D**e cogitationib⁹ innoxij et de his quā ab  
acie recordatiōis abigende sunt.

**D**e fine voluntatis quā p̄gnoscit an recite-  
an prava cupiamus.

**D**e ea trinitate que iam non ex corpo-  
re neque ex corpore sensu: sed de memo-  
ria nascitur cogitantis.

**D**e multiplicationib⁹ trinitatum quā ex  
recordatione pariuntur.

**Q**uā in quālibet genere trinitū voluntas  
nec parens inueniatur esse nec ples.

**Q**uā facile sit cogitati⁹ singulē sibi eas spēs  
quā non vident ex ea p̄ recordatione quā  
vidit.

**D**e mēsura et nūero et pondē quā similitudo  
sit in memoria et visiōe et voluntate.

## Incipit liber undecimus.

**D**e imagine trinitatis etiam in eo quod imae-  
go dei non est: id ē in homine exteriōe que-  
renda.

### Capitulum I.

**F**imini dubitū est sicut interiorē  
hoīem intelligētiā: sic exteriorē  
sensu corporis p̄ditū. Utamur igitur si possum⁹ in hoc quā exteriōre  
indagare qualecūq; vesti-  
giū trinitatis: non quā et ipse co-  
dē nō sit imago dei. Manifesta ē quippe apo-  
stolica sententia: que interiorē hoīem renou-  
ari dei agnitione declarat fī imaginē eius  
quā creauit eū. cum et alio loco dicat. **E**t si exteriōre  
hō noster corrūpiat: sed interior renouat  
de die in diē. In hoc ergo quā corrūpiat: quera-  
mus quādmodū possumus quandā trinita-  
tis effigie: et si nō exp̄ressiore: tñ fortassis ad di-  
noscendū faciliōre. **N**eque enim frustra: et iste hō  
dicit: nisi quā inest ei nonnulla interioris simili-  
tudo: et illo ipso ordine cōditionis nostre quo  
mortales atque carnales effecti sumus: facili⁹  
et quasi familiarius visibilia quā intelligibilia p̄  
tractamus. Cum ista sint exterius: illa interi-  
us: et ista sensu corporis sentiamus: illa mente i-  
telligam⁹: nosque ipsi animi non sensibiles sim⁹  
id est corpora: sed intelligibiles: quoniam vita sum⁹

**C. XIII.**

**C. XIV.**